festo sancte Katerine Viterbii. Iamum ante electionem
Tyber super altare sancte Marie Rotunde per ~~quatuor~~ IIII^or
pedes excrevit. // Hic fuit in moribus valde compositus. Lau-
dabatur quoque de prudentia et natura responsiva.
Religiosos multum dilexit et fovit, specialiter fratres Mi-
nores. Fuit enim eorum protector et eorum regulam de-
claravit, que declaratio ponitur in VI°. de verborum signi-
ficatione. Exiit qui seminat. Fecitque ex eis duos cardinales,
fratrem Bentivegna de Guidotto, quem habebat familiarem
in domo et confessorem, et inde factus est penitentiarius
maior et episcopus Albanensis, et fratrem Hieronimum,
qui postea fuit Nicholaus quartus, et duos de Predicatoribus,
fratrem Latinum, nepotem suum ex sorore, et fratrem
Albertum archiepiscopum Cantuariensem. Fecitque
et alios V, inter quos fuit dom^us Iordanus ger-
manus suus, vir magne excellentie et innocentie, do^us
et dom^us Iacobus de Columpna, vir magne maturitatis do^us
et religionem amplectens. // Hic ad Sanctum Petrum edifi-
cavit palatium valde solepne, ubi mandavit domos fieri
pro omnibus officialibus suis et precipue pro suis penitentiariis
qui claudebantur sub uno cancello. // Hic fecit fieri unum
viridarium ..... a constitum arboribus et magne amplitu-
dinis, quod et muro cinxit fortissimo et alto b cum turribus
instar civitatis. // Ecclesiam beati Petri quasi totam reno-
vavit, ibique auxit canonicos. // Constitutionem fecit de
electione senatoris a vel senatorum, vel quocumque nomine
censeatur dominium, ut capitaneus b, potestas vel patricius,
quod nullus posset eligi ad maius tempus unius anni,
cuiuscumque excellentie sit persona, absque auctoritate
apostolice sedis, quia Romana civitas iurisdictionis est
Romane ecclesie, ut per c. Constantinum 96. (et d. 63.
Ego Lodovicus. Que ~~fo~~ constitutio habetur in VI° de elec-
tione, c. Fundamenta. Propter hanc constitutionem rex Karolus
privatus senatu et eodem anno vicaria Tuscie per eundem. //
Anno quoque secundo pontificatus sui requisit d Rodulfum
super resignatione Romandiole et exarcatus e Ravenne,
qui erat principatus super ~~[illegible]~~ sex civitates Romandiole, que
a comitatu distinguebantur, et antiquitus in Ravenna
erat senator sicut in Urbe, dictarque civitates gubernabat,
inter quas erat Bononia, ut patet per Lodovicum primum

(de ū suum (dep. suum ?) e cum
demsū (?) cum depōsū (?))

b) bis scr., alterum del.

a) senatozis c.

b) capotaneus c.

c) f.

d) reliquit c.

e) exarceratus c.